



tutioni, si ipse liberis habeat, ratione tacite conditionis subintelligit, nisi liberis habuerit; quod habet verum, quamvis Ecclesia, aut alius pius locus substituitur, ut multis citatis, dicens esse frequentissimam sententiam, tradit Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. n. 3. & lib. 11. tit. 7. n. 13. fin. quamvis non desint contradicentes, & sic excluditur tunc monasterium habens expressam testatoris substitutionem ad liberis, ex tacita coniectura pietatis in filios grauari, multo fortius debet excludi monasterium per ipsum filium expressè substitutum; si quidem in hoc euentu monasterium non habet expressam vocationem, & si quam deberet habere, est ex præsumpta testatoris voluntate, & multo facilius cessat tacita voluntatis præsumptio, quam ipsa expressa voluntas. Secundo, quia (vt egregie dixit Bald. c. in præsentia. n. 10. fin. de probat.) fauor liberorum substitutorum est naturalis; fauor autem monasterij est ciuiliis, & minor fauor respectu maioris dicitur odium. l. si apud. ff. de minor. ergo præualeat filiorum substitutorum fauor. Tandem, quia contraria non obstant. Nam ad primum respondeatur ex doctrina Decij conf. 259. n. 5. vol. 2. id non habere verum in filiorum præiudicium. Ad secundum dic, ex similitudine ratione, immo & maiori, censeri exemptum quoque hunc casum ex præsumpta testatoris voluntate, et ceterum fauor filiorum præualeat fauori piæ causæ. Ad tertium dic, quicquid sit de illo principio, cessare eam præsumptionem in hoc euentu, cum substituentis descendendum videatur velle, vt in sua posteritate maneat illa bona. Et ideo hanc partem sustinent Bart. aub. ingressi. in 2. lectur. n. 55. C. de sacros. Eccles. Bald. 1010 conf. 196. vol. 1. l. ubdès in fine, ita fuisse iudicatum Fulgos. conf. 53. fin. Alex. conf. 12. n. 12. versum hanc partem. vol. 2. Barth. Socin. d. l. cum auus. n. 10. 4. sine Ripa l. ex factis. §. si quis rogatus. el. 1. n. 41. ff. ad Trebell. Alciat. l. gallus. §. quid sit tantum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth. Berouius d. c. in presentia. n. 458. & 492. & conf. 114. fin. vol. 2. Grat. conf. 111. n. 59. & 60. volum. 2. Tiraquel. l. si inquam. in verb. liberis. in noua edit. n. 91. C. de reuocand. donat. Paris. de Puteo decif. 55. num. 4. lib. 1. Binius conf. 17. n. 6. vol. 1. Bereng. in c. vnic. de filiis natis in matrim. ad Morg. anaticam contracti in praludic. c. 10. n. 13. Ioan. Dilectus de arie testat. tit. 5. cautel. 18. n. 4. Bertazzol. conf. 25. n. 11. vol. 1. Anguissol. conf. 64. n. 2. & conf. 176. num. 1. vol. 1. Panciroli. conf. 114. n. 6. vol. 1. Padill. l. cum acuisim. n. 8. C. de fideicommiss. Caualean. decif. 1. n. 1. p. 3. Mantica. d. lib. 11. tit. 7. n. 13. Menoch. re latissimè vtrique disputata, de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 44. Vincent. de Franch. decif. Neapol. 29. n. 11. tit. lib. 1. Gutier. q. canon. lib. 2. c. 32. num. 35. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. n. 87. & conf. 59. n. 3. v. que in finem. vol. 3. decif. Pedemont. Ochauian. 12. 6. n. 26. & 27. Alphan. collectan. 47. 3. Cald. de nominat. employ. q. 6. n. 11. Camill. Borell. conf. 33. n. 103. vol. 1. vbi bene addit, idem esse, si alij testatoris descendentes substituti sint, Tapia d. aub. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 45. Manuel q. regul. tom. 2. q. 77. art. 4. & alij, quos ij referunt, Faber citatus supra n. 4. fin.

40 Et quamvis prædicti authores loquantur de filio substituto, rationes ab eis tradite procedunt quoque in aliis descendibus substitutis, ij enim præferuntur monasterio, illudque excludunt: atque ita docent Peregrin. decif. Pedemont. 20. n. 27. fin. Panciroli. Faber n. præcedenti allegari.

41 Quidquid tamen sit de hac re, in duplici casu est absque dubio amplectenda hæc posterior sententia. Prior est, quando in regno Castellæ testator filium, aut descendentem melioraret in tertia bonorum parte, eum grauans, vt absque liberis decedens restituit alij testatoris descendenti, si talis filius in religione proficereat, minimè excluditur a monasterio descendens substitutus, quia tertium illud in hoc regno est descendendum legitima; atque ita superstitie aliquo testatoris descendente, non est integrum in alium alienare. l. reg. 27. Taur. hodie l. 11. in 6. lib. 3. noua recopil. Arque ita docent Colta

d. c. si pater. 2. p. verb. si absque liberis. n. 66. Meres de maiorat. in prior. edit. p. 2. q. 3. n. 32. Gutier. q. canon. lib. 1. c. 32. n. 35. Molina tom. 1. de iustit. disp. 190. colum. 1. 4. vers. præterea si testator.

Posterior est, quando grauator descendens, vt absque liberis decedens restituit alteri descendenti, atque hic posterior, vt absque liberis obiens restituit cuidam operi pio, tunc grauator postmodum proficente, nõ succedat monasterium, excludo illo substituto. Ratio est, quia causa pia substituta excludit monasterium, vt diximus n. 32. Sed ille descendens substitutus præferatur expressa testatoris voluntate causa piæ: ergo a fortiori præferetur ex præsumpta eius voluntate monasterio; quia si vincio vincemur te, à fortiori vincam te. Atque ita docent Colta c. v. verb. si absque liberis. num. 67. Gutier. c. c. 32. n. 37. Menoch. eadem præsumpt. 83. n. 43. ad finem. Molina ea. disp. 190. col. penul. vers. merito.

Tandem, et si descendens substitutus præferatur monasterio, & sic hoc non succedat in ea bona in omnibus casibus dictis, monasterium succedendi capax retinebit ea durante naturali profecti illius grauari vita, & si interim obierit substitutus, retinebit in perpetuum, vt generaliter tradidimus n. 10. & docent in hoc speciali casu Barth. Socin. l. cum auus. n. 10. 4. fin. ff. de condit. & demonst. Berouius conf. 114. fin. vol. 2.

Sextò limitatur, nisi testator substituerit aliquè de sua familia, adiciens velle ea bona perpetuò in familia conseruari: tunc enim censetur velle, vt excludo monasterium succedat substitutus, quippe monasterium incapax est conseruanda agnationis, & familiaris; & ita tradunt Dec. conf. 259. n. 2. & 3. vol. 2. Ripa l. ex factis. §. si quis rogatus. el. 1. n. 40. ff. ad Trebell. Alciat. l. gallus. §. quid sit tantum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth. Berouius in suis q. q. 34. n. 1. Couar. l. v. ar. 6. 19. n. 11. Ioan. Dilectus de arto testat. tit. 5. caut. 18. n. 3. fin. Paris. de Puteo decif. 55. n. 40. lib. 1. Meres de maiorat. in 1. edit. 2. p. q. 3. n. 22. Padilla l. cum acuisim. n. 44. C. de fideicommiss. Burlat. conf. 97. n. 24. lib. 1. Vincent. de Franch. decif. Neapol. 29. n. 8. p. 1. Mantica. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. n. 21. Menchaca de success. c. r. lib. 3. §. 21. n. 11. 6. fin. & 169. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. n. 76. & conf. 23. n. 15. vol. 3. Fuluius Pacian. conf. 36. n. 128. vol. 1. Mandel. conf. 493. n. 2. vol. 3. Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 45. Sfort. Oddo de compendios. substit. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. num. 26. Caualean. decif. 1. n. 37. p. 3. Panciroli. conf. 114. n. 5. lib. 1. Cabedo in decif. Lusitan. p. 1. decif. 133. n. 9. Gutierrez q. canon. libro 1. c. 32. n. 29. Cald. de nominat. employ. c. 6. num. 12. Aluarad. de coniect. mente defuncti. lib. 2. c. 3. in principio. n. 1. Cauall. in suis communib. q. 193. n. 3. Tapia d. aub. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 18. C. de sacros. Eccle. Camill. Borell. conf. 33. n. 108. vol. 1. Viuius in commun. opinio. §. substitutus sub condicione, in fin.

Vtrum autem in hoc euentu succedat statim post professionem excludo monasterium substitutus, an potius bona illa retenturum sit monasterium, dum monachus vixerit, diximus supra.

Septimò limitatur, nisi grauatus ille ante professionem testatus sit, instituyendo hæredem extraneum; tunc enim non excluditur substitutus. Hanc limitationem dicit esse dubiam Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 75. quia, inquit, contra illam facit, quo hæredis grauari illa esse possit de illis bonis disposito in monasterij detrimentum, vt pote quod illa habet auge ex præsumpta testatoris voluntate. Ergo ad substituti exclusionem exigitur, vt monasterium in bona profecti succedat, & sic habeatur pro hærede, vt diximus num. 22.

Sed prædicta limitatio est admittenda ob rationem superius dictæ. Nec obstat primum, quia id intelligitur, quãdo monasterium habet bona profecti, quasi illius hæres. Nec etiam obstat secundum, quia respondet, monasterium non tenent in hoc casu vocatum cõtra grauari testamentum, sed casu, quo ille nõ restituit. Tunc quia cõtra demus

demus ceteri loco filij, & sic faciat deficere cõditionem, ad id efficiunt liberi positi in ea condicione, si decesserit sine liberis. Verior sententia habet liberos postpositos in ea cõditione nõ ceteri quoque vocatos cõtra grauari testamentum, sed solum ab intestato, cum cõditio nihil ponat in esse, vt potest videri in Mantica de cõdit. vlt. vol. lib. 1. tit. 2. n. 7. & in Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 75. n. 14. vbi innumeris huius sententiæ patronos referit. Tunc etiam, quia et si contrarij multi quoque sentiant in liberis positos in cõditione, quos referit ibi Matie. cõdit. n. 1. & Menoch. n. 2. at longè diuersi sunt in monasterio, quod nõ censetur positum in cõditione, quasi esset filius, nec hac ratione excludit substitutum, sed iure speciali, quo præsumit lex id fore præponendum substituto, si testator meminisset, & sic habeatur cõditio, si absque liberis decesserit, pro nõ scripta, quatenus est in monasterij præiudicium, vt explicuimus n. 8. sine. At ea cõditio non scripta, quatenus est in monasterij præiudicium, illud non succederet, quando grauatus profectus alij hæredè instituit, sicut nec tunc succedit in reliqua profecti bona. Et ideo hæc partè sustinet Bald. aub. nisrogati. n. 20. C. ad Trebell. & ibi Paulus n. 5. Corne. d. 2. Alciat. l. gallus. §. quid sit tantum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth. Decius conf. 259. n. 6. fin. vol. 2. Io. Dilectus de arie testat. tit. 5. caut. 18. fin. Peregr. de fideicommiss. art. 28. n. 65. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. n. 14. Caualean. decif. 1. n. 40. p. 3. Surtus conf. 238. n. 1. vol. 2. & de aliment. tit. 2. q. 15. num. 159. vbi & alios refert.

48 Quod si sola illorum partem reliquit grauatus extraneo, in illam non succedat monasterij, nec excluditur substitutus. Sic Bald. Mantica. Peregrin. allegati n. præcedenti. Surtus de aliment. tit. 2. quest. 15. numero 159.

49 Non tamen succedit substitutus in ea bona, vique ad naturalè profecti mortè, vt bene Surt. cõdit. 238. n. 3. & 6. vol. 2. vbi & alios refert, & constat ex dictis n. 10. Quod quidè intelligendum esse censo, quãdo grauatus ille generaliter heredè extraneum instituit, quia institutio illa nõ est frustranea, quãuis hæc bona, quæ testator grauatus erat post mortè suã restituere, nõ consequatur hæres ille extraneus: obtinebit enim illa, de quibus testator disponere poterat. Quare id ille naturaliter in religione viuat, ea obtrinebit monasterij, eo autem mortuo succedat in ea substitutus. At si specialiter ea bona, quæ grauatus est post mortè restituere substituto, reliquit alicui extraneo, ea nullo tẽpore obtinebit monasterij, sed à tẽpore professionis, vique ad mortè naturalè profecti illius, obtinebit ille cui profectus reliquerat: post profecti autè mortem admittetur substitutus. Ratio autè est, quia quoties relicti esset inutile, & frustraneu, si nõ esset exequèdũ à tẽpore professionis, est manifesta cõiectura voluntatis testatoris, vt ex tẽpore executionis maderet, vt diximus hoc lib. supra. At hauiusmodi est hoc relictu, cum nõ possit grauatus de illo disponere post mortem suã, vt expressè habet l. 3. §. sed quia. C. commun. de leg. eo quod ex tunc succedat in illud substitutus. Ergo ne dispositio sua sit frustranea, & inutilis, est explicanda, vt ea bona pertineat à tẽpore professionis ad illũ, qui ea relinquit.

50 Sed quid si hic ante ingressum religionis donarat ea bona fratri, vel alij Tapia aub. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 10. C. de of. Eccles. dicit valere donationem, & excludi substitutum, & refert Vincentium de Franch. decif. 14. Neapol. 16. p. 1. sed falsò refert, quia nihil de hoc ibi dicit. reddit rationem, quia ex quo monasterium erat succedendi capax, poterat renuciare iuri ex illa hereditate sibi competenti, & bene quidem ait, intelligendo quãdo monasterium renuciatur huic iuri in matris fauorem; & hoc solum intelligere denotat eius ratio. At si solus ille grauatus renuciasset, non excluderetur substitutus, quia eius dispositio nequit præiudicare iuri substituti, vt diximus num. præcedenti.

51 Quãdo limitatur, nisi conditio aliquid adiciatur, ex quo appareat testatorè de filijs veris, & naturaliter generis intellexisse, vt si dicat, si absque liberis ex te legitime decesseribus, aut ex tuo corpore natis, aut legitimis,

aut masculis decesseris, substituto Titio. Tunc enim auct nullatenus succedatur monasterij, sed eo excluso substitutum. Dicitur, quia vbi habemus clarũ testatoris sensum ex eius verbis, nõ admittitur questio voluntatis. Illè, aut ille. §. cum in verb. ff. de legat. 3. in hoc euentu expressis verbis testator declarauit se nõ intelligere de filio ficto, qualis est monasterij, sed de filijs veris. Ergo monasterij nequit cõprehendi in illa cõditione ad substitutum exclusionem. Et ideo hæc sententia rueri videtur Bart. d. hare. d. lib. 77. n. vlt. ff. ad Trebell. vbi ait, si sacerdos grauetur, vt absque liberis decedens restituit hæreditariè, intelligi de liberis quos habere potest, nẽpe, de Ecclesiasticis, si cõditio esset, absque liberis ex suo corpore natis, nõ posse intelligi Ecclesiasticis. Et ita aduertit Cuman. ibi. in fin. videri Bartol. esse huius sententiæ, & expressè eam tenet Iacob. de Beluis relatus à Bartolo cõf. 104. n. 1. fin. vol. 2. Cald. cõf. 1. tit. qui filij sui legitimi. Hostiel. c. Reynaldus. n. 20. & 21. de testam. & ibi Io. And. n. 10. Card. in fin. princip. Imola c. in presentia. n. 19. de probat. et si non omnino firmus, sed dicens hanc sententiam esse probabilem, quãuis forsitan opposita seruarietur in praxi ob religionis fauore, & ibi Henric. n. 24. Bellamer. n. 41. Barbat. à n. 72. Additionator ad Decium. in noua edit. n. 23. verb. contrarij. Mantua n. 61. Bald. l. final. statim in princip. & n. 1. & 2. C. de Episcop. & clericis. & ibi Fulgos. in princip. n. 1. idè Baldus l. si uia quis. §. si, cui in fin. ff. de legat. 2. vbi Imola in fin. dicit hæc esse veriorè, attèto iure canonico, & seruandam in terris Ecclesiasticis, oppositam verò attèto iure ciuili, & sic in terris Imperij seruandã. Salycet. aub. nisrogati. fin. & ibi eius Additionator verb. loco filij. C. ad Trebell. & ibi Cornel. n. 9. vbi Bald. n. 10. dicit hæc opinio est multo quãuis fideicommissaria substitutio facta sit inter liberos, vbi ascèdentes. Imola l. Lucius. la vlt. n. 5. ff. de hered. instit. dicens hanc esse valde equã, & in hac magis inelinet, quamuis asserens nõ esse absque dubio, vtr opinio sit veriorè, Alciat. l. gallus. §. quid sit tantum. in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth. vbi & Socin. iunior. n. 24. fin. in hæc inelinet, et si cogitadum relinquit, Corn. cõf. 28. n. 1. 6. & cõf. 253. vol. 4. Grat. conf. 111. n. 5. vol. 2. Boer. decif. 354. n. 6. Natta conf. 602. n. 4. lib. 3. Bolognet. aub. si quis in aliquo. n. 23. vers. & ultra eos. C. de edend. Angel. conf. 80. n. 2. Fulgos. conf. 5. n. 2. & 3. Berouius conf. 107. n. 33. lib. 2. Calcan. conf. 65. n. 1. & 2. Socinius iunior. conf. 63. n. 1. lib. 3. Menchaca de success. progress. lib. 3. §. 26. n. 41. Præd. Papien. tit. de forma libell. quo agi ex substit. verb. ex suo corpore natis. Simò de Prejis de interpret. vlt. vol. lib. 2. interpre. 2. dub. 2. fol. 2. n. 109. Meres de maiorat. in prior. edit. p. 2. q. 3. n. 22. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. n. 20. Panciroli. conf. 114. n. 5. vol. 1. Sfort. Oddo de compendios. substit. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 1. n. 29. Peregr. de fideicommiss. art. 28. n. 71. Mandel. conf. 493. n. 2. vol. 3. Binius conf. 17. n. 2. vol. 1. Caualean. decif. 1. n. 3. p. 3. Riminal. iunior. conf. 270. n. 16. vol. 3. Crass. de success. §. fideicommissum. q. 40. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 27. vsque ad 35. & n. 49. Gutier. latissimè q. canon. lib. 1. c. 32. l. n. 42. vsque ad 71. Spino speculo testam. glossa 12. princip. l. n. 31. Matheas. lib. 3. de legat. & fideicom. a. 23. n. 5. Cauall. q. commun. q. 193. num. 3. Manuel q. regul. tom. 2. q. 77. art. 4. Camill. Borell. conf. 33. n. 107. vol. 1. Petr. Gregor. symmag. iuris. lib. 2. a. c. 28. n. 27.

Sed quãuis sententia hæc sit valde probabilis, probabiliorem tamen iudico contrariam, nimirum, adhuc excluso substituto, monasterium succellurum in ea bona. Et quidè siteneamus sententiã relata n. 7. & 11. dicentem huiusmodi conditiones relicti tãquam turpes, & admitti substitutum cõtra expressam testatoris voluntatè, planè procederet hæc opinio: verum, cum cõsententiam reprobauerimus n. 8. & n. 11. alio fundamẽto imitti debet hæc opinio. Si etiam diceremus excludi substitutum, eo quod monasterij habeatur loco filij, vt docuere DD. relati n. 3. destituta esset fundamẽto hæc opinio, quia aperè per illa verba filios veros, & naturales intellexit testator, non autè filios fictios, & secundum hanc interpretacionem, qualem est monasterij. Sed cum istis quoque rationem

tionem reprobauerimus n. 4. & dixerimus n. 8. legitimam rationem esse presumptam testatoris voluntate, qua presumitur ius, fore ut si monasterium memor esset, excluderet ratione illius substitutum, non video, cur in hoc quoque casu non presumatur eadem voluntas; tamen enim per ea verba visus est velle, ut non celebratur implere conditio existens solis filiis adoptiuis, vel legitimis. Ad monasterium non admittitur in hoc casu, quasi eo posito verificetur extare filium, & sic celebratur implere conditio, sed solo quodam monasterii favore ex speciali iure inducitur, ut explicuimus eodem n. 8. Ergo quantumcumque, & quibuscumque verbis explicet testator se intelligere de filiis naturaliter genitis, nihil plus coheret ad monasterii exclusionem, quam si simpliciter filios in conditione illa expressisset. Et confirmatur, quia adhuc negari non potest, quin in hoc euentu sit dubia testatoris voluntas, an fuerit excludendi monasterii, necne. At in dubio standi debet prescriptio iuris: immo in solo dubio casu loci habet, atque in dubio eligenda est pars Ecclesie fauere, ut diximus hoc lib. supra. Et ideo huius sententia sunt Bagarot, & Ricard, de Malunte, DD. antiquissimi, quos referunt, & sequuntur Dyn. l. si ita quis. §. fin. n. unico ff. de legat. 2. & ibi Barol. n. 2. & 3. idem Bartolus conf. 10. 4. n. 2. lib. 2. & auct. in prescript. 2. l. 2. l. 2. n. 53. C. de sacros. Eccles. Cyn. auct. nisi rogati. n. 2. q. 1. & ibi eius Additionator C. ad Trebel. & ibi Faber paulo post princ. Alberic. n. 2. Fulgos. n. 3. & 4. Paulus n. 3. Iason auct. si qua mulier. n. 18. C. de sacros. Eccles. Anton. c. in prescripta. n. 26. de probat. & ibi Bald. n. 9. fin. Abb. n. 48. Arcet. a. n. 68. v. 3. ad 72. Decius in noua editione. n. 232. Felin. n. 36. Ferret. n. 104. Paris. l. n. 136. v. 3. q. ad n. 144. Berouus n. 486. Ripa l. ex factis. §. si quis rogatus. l. 1. n. 36. sine. ff. ad Trebel. & l. si vnquam. q. 3. 4. n. 92. C. de reuocac. donat. Decius conf. 159. a. n. 1. usque ad 5. vol. 2. & conf. 419. n. 5. vol. 3. & consil. 426. n. 3. vol. 3. Bertrād. 100. conf. 133. vol. 2. in p. postiori. C. clar. v. r. l. annotat. in Matr. de Affili. decisio Neapol. 348. fin. & decisio 320. n. 4. Angelan. sua disp. incip. nobilis quidam genere. Alex. conf. 121. n. 2. & 3. & conf. 2. n. 5. iur. l. n. 18. vol. 1. Calcan. conf. 20. n. 13. & conf. 69. num. 5. Ruin. conf. 153. fin. vol. 3. Aymon conf. 152. n. 1. vol. 1. Barbat. conf. 20. n. 4. & 7. vol. 2. Roland. conf. 35. n. 12. vol. 3. Berouus in suis qq. q. 70. fin. Galiaul. l. gallus. §. quid si iurim. n. 18. ff. de liber. & posth. Ball. Nouel. de dote. p. 6. priuileg. 77. Afcan. Clemens de patria potestate. c. vlt. n. 72. Gualden. de arte testand. tit. 5. cau. 18. n. 3. Couar. l. variat. c. 19. n. 1. D. Anton. 3. p. tit. 5. c. §. 10. Rol. verb. legare. n. 2. 4. Syluest. verb. hereditas. l. 9. 7. n. 10. dicit. v. Angel. verb. heres. n. 18. & ibi Tabien. q. 1. 4. n. 5. Armill. verb. hereditas. n. 22. Sarmiet. lib. 8. seclit. super §. si cui in test. n. 2. Perez lib. 5. ordin. tit. 2. l. 1. fol. 134. Villalob. in suis comun. l. M. verb. monasterium. n. 190. & duplici sequen. Mchaca de success. creat. lib. 3. §. 2. n. 167. Gama decif. 316. n. 2. p. 1. Moteperecl. conf. 252. a. n. 2. v. §. que ad 9. vol. 1. Rebelle. de iust. p. 2. lib. 18. q. 1. 6. n. 3. huius in princip. & Fulu. Pacianus conf. 36. n. 11. 3. vol. 1. dicit adeo probabile esse vtraque sententiam, ut possit quilibet ad suum libitum adherere vni, vel alteri. Anguil. conf. 63. a. n. 10. v. §. que in fin. vol. 1. Madel. conf. 702. n. unico. vol. 4. & ibi Vincet. Anribald. eius Additionator. Ioan. de Monteperecl. conf. 252. dub. 1. Laderch. conf. 24. n. 1. 8. lib. 1. Burlat. conf. 97. n. 2. 4. lib. 1. Lelius Zecchius de Repub. eccles. tit. de regul. c. 3. n. 14. ampliat. 15. Atendano iunior. l. 40. Tauri. glo. q. n. 30. decisio Pedemot. Oclauian. 126. n. 24. Tapia auct. in prescript. verb. sua. c. 13. n. 12. & 18. C. de sacros. Eccles. Molina tom. 1. de iustitia. disp. 190. col. 13. vers. quando quis, & tandem Anch. c. Raynaldus. n. 4. de testam. c. enctet hanc equè probabile, ac contrariam, & sic concludit tenendum, quod quisque maluerit. Est tamen clara exclusio monasterii coniectura, si testator diceret, velle se verba sui testameti de verbo ad verbum, vel ad literam seruari; quia negari non potest, non ita feruari, sed iuxta iuris presumptionem, quando exclusio substituto succedit monasterio: atque ita docet Sapia addit. ad Abb. c. in prescripta. n. 40. verb. loco de probat.

54 Non limitatur, nisi grauatius religionem ingrediatur animo fraudandi substituti, tunc enim ille non excluditur. Hanc limitationem negat Sfort. Oddo de compet. substit.

fin. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. n. 2. Ducitur, quia cum monasterium non sit in dolo, sed solus ingrediens, huius dolo illi nocere minimè debet. Et confirmatur, quia monasterium non consequitur ea bona ex dispositione ingrediētis, sed ex præscripta iure testatoris voluntate; ergo culpa ingrediētis non obstat huic acquisitioni. Secundo, quia ubi animus facientis est impius, at effectus est pius, hic potius spectatur ad actus firmitatem, et ipsi quibusvis conditionibus non licet. Tertio, quia cum professus non adquirat ea bona, sed monasterium, non dicitur ex suo dolo lucrum aliquid professi adquire. Quarto, quia vtrius iure suo, non dicitur fraudè committere, vt ea ratione affectus impediatur. I. nullus videtur. ff. de regul. iur. cum aliis, quæ concelli lib. 3. de matr. disp. 18. n. 29. At hic vitur iure suo proficendo in religione capaci succedendi, &c. Tandem, quia matrimonium in initum animo fraudandi substituti, reddit legitimam prolem ante conceptam, & excludit substitutum in defectu legitime prolis, vt cum probabiliori sententia sustinimus lib. 7. de matrim. disp. 105. num. 10. Ergo & professio eo animo facta excludit substitutum.

Ceterum nullatenus est recedendum à frequentissima sententia, dicente tunc non excludi substitutum. Ducitur primo, quod fraus sua nemini patrocinari debeat. c. sedes, de rescript. At satis huic patrocinaretur, si excluderetur substitutum, quia et si bona non sibi, sed monasterio obuenire debeant, obtinet tamen suæ prauæ intentionis effectum. Secundo, ex c. de remicari. in 6. vbi dicitur, si Episcopo iusto à Pontifice conferre alicui primam præbendam vacaturam, & cum pinguis præbenda expectaretur proximè ventura, quispiam in fraudè renūciat tenui, quod ille hæc assequutus à pinguiori excluderetur, eam fraudem minimè obfcuram, quominus ille pingue obtenturus sit. Tertio, quod fit valde diuersa ratio de matrimonio in inito in substituti fraudem, & de hac professione facta, quod illud verè legitimum filios: & sic filij habet expressam testatoris voluntatem, quæ præferunt substituto; at monasterium non habet eam expressam voluntatem, sed ex præscripta admittitur loco filij: & si in hoc euentu admittetur, esset duplex improbitas, prior, vt sit filius, posterior, vt sit fraude quaerens filium. Quarto, quia cum hæc interpretatio non fit ex verborum, sed potius aduersus illorum proprietatem fauere religionis, non adeo late accipienda est, quin prædicta fraus id priuilegium auferat. Quinto, ex c. de bis de sepul. vbi licet ingressus religionis, & voti in articulo mortis valeant ad ego decedenti ex eo morbo, non fit præiudicium in illis, de quibus alias disponere poterat. Tandem, quia non obstat in contrarium adducta. Nam ad primū dico, cum monasterium ea bona consequi nequeat, nisi mediante voluntaria huius professione, satis est dolo huius, ne Ecclesia adquirat. Ad confirmationem dico, esse voluntatem non presumi, quando professio eo prauo animo facta est. Ad secundū dico, id procedere, quando actus habet pro se expressam voluntatem; at quando ex sola præscripta procedit, potest esse, vt animus impius cessare faciat dispositionem. Ad tertium constat ex dictis in prima ratione. Ad quartū dicit, esse verū, quando inde non resultaret duplex improbitas, & vbi monasterium esset habiturus ea bona, & ex expressa testatoris voluntate, vt explicuimus in tertia, & quarta ratio. Ad vltimū constat ex dictis in tertia ratione, & ideo hæc sententiam sustinet Glof. auct. nisi rogati. verb. loci. C. ad Trebel. & ibi Cyn. n. 3. q. 3. Jacob. Butrig. q. penult. Petr. de Bellap. q. penult. Odofer. n. 4. Bald. n. 24. Salycet. n. 5. Corne. n. 13. Fulgos. n. 4. Alberic. n. 2. Faber fin. Abbas antiquus c. in prescripta. n. vlt. de probat. & ibi Ioan. Andre. n. 36. Anton. n. 61. Bald. n. 31. Abbas n. 46. Decius in noua edit. num. 204. Ferret. n. 95. Paris. n. 119. Felin. n. 36. Berouus n. 500. Bellamer. n. 32. & 40. Henric. n. 21. Barbat. n. 41. & 42. Mant. n. 57. Archid. c. si qua mulier. l. 9. q. 3. n. 1. Bertrād. conf. 68. n. 5. vol. 6. Alciar. l. post contractum. n. 61. vers. quale est. ff. de donat. & l. si ubi. 20. n. 40. ff. de cert. pen. Anchar. conf. 231. n. 3. Roman. conf. 298. n. 2. Bald. conf. 24. fin. lib. 2. Decius conf. 399. n. 9. vol. 3. Ruin. conf. 21. n. 8. vol. 1. & conf. 78. n. 8. & conf. 163.

163. n. 6. lib. 3. Curt. Iun. conf. 145. n. 27. fin. Guillelm. Benedict. c. Raynaldus. verb. in extremis posuimus. n. 25. de testam. Rol. in sum. verb. legare. n. 26. Angel. verb. heres. num. 17. & ibi Tabien. q. 1. n. 4. Armill. verb. hereditas. n. 21. Sarmiet. lib. 1. seclit. c. 6. n. 10. & lib. 1. c. 4. n. 7. Anton. Gomez. l. 9. Taur. n. 58. Molin. lib. 1. 2. de primog. c. 5. n. 29. Matic. de conec. vlt. volum. lib. 10. tit. 4. n. 19. & lib. 11. tit. 7. n. 15. Cauale. de off. n. 43. & 44. p. 3. Crall. de success. §. fideicommissum. q. 40. n. 41. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 83. n. 76. & lib. 6. presump. 8. n. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 28. n. penult. Alphan. collect. 477. sine. Tapia auct. in prescript. verb. sua. c. 13. n. 5. C. de sacros. Eccles. Manuel qq. regul. tom. 2. qq. 77. art. 5. Molina Societatis Iesv tomo 1. de iustit. disp. 190. colum. 1. 4. vers. siens quamuis.

56 Hæc autem fraus non presumitur in dubio, tum quia numquam presumitur delictum. h. meriti. ff. pro soc. tum etiam, quia speciem mali habentia tenemur in dubio in meliorem partem interpretari. c. de regul. iur. nedū magnam speciem habentia, quale est religionis ingressus. Et ita docet Menoch. de presump. lib. 4. presump. 82. n. 10. & presump. 81. n. 29. & lib. 6. presump. 78. n. 3. Matheus lib. 3. de legat. c. 21. n. 8. immo, vt bene probat Berouus c. in prescripta. num. 204. de probat. exigitur perspicua fraudis indicia, quia talia desiderantur ad fraudè probandam in iis, que ius approbat, maximè favore animæ. l. doli. C. de dolo. nec de hac re aliquid dicitur. Nec reperitur hæc fraus, si grauatius gratia elemosynæ illi monasterio faciendæ profiteatur, & sic excludatur substitutum; quippe hic finis est pius: & ita docet Molin. Societatis Iesv allegatus n. præced. fin.

57 Duplex autem circa hanc limitationem difficultas supererit. Prior est, qualis actio competat substituto ad ea bona post profecti obtinenda recuperanda, quando constat ea fraude profectio emissa esse. Glof. Odofer. Alberic. Salycet. allegati n. 93. dicunt et cõpetere actionem reuocatoriā, qualis cõpetit creditor aduersus alienatam in fraudem creditorū bona. Sed melius Corn. & Fulgos. eo. n. 53. allegati dicunt non esse opus reuocatione, sed cõpetere actionem vtilē ex testamento, & ipsi iure esse substitutioni locū: quia iuxta cõsentiam monasterio ea bona, excludendo substitutum, intelligitur, quado professio bona fide fuit emissa. Quare hoc deficit nullius habet monasterium ad ea bona, & sic admittitur ipso iure substitutus.

58 Posterior difficultas est, ex quibus cõceditur hæc fraus deprehendi valere. Varias tradunt Doctores. Prima est, quado grauatius ille profiteretur in articulo mortis. Ducuntur, quia vbi mortis articulo, presumitur in eius fraude gestus. I. familia mea. ff. solut. matr. & ita generaliter tenet Multi, quos retuli lib. 7. de matr. disp. 105. n. 7. & in propriis professionibus huius terminis docent Bald. auct. nisi rogati. n. 24. C. ad Trebel. & ibi Corne. n. 11. additque vtrique idē esse, si in etate decrepita ille profiteretur, Alberic. ibi. n. 2. addens idē esse, quando de prole habenda desperaretur. Idem Bald. c. in prescripta. n. 31. de probat. vbi Felin. n. 36. ait, se nunc cum hac coniectura transire, quauis dubia sit, & cum tenet Ananias ibi. n. 100. & c. si cui nobis. n. 2. de regular. Alciar. l. post contractum. n. 61. vers. quale est. ff. de donat. Barbat. c. in prescripta. n. 41. & 42. Berouus conf. 28. n. 17. vol. 1. Bertrād. conf. 68. n. 5. vol. 6. Guillelm. Benedict. c. Raynaldus. verb. si abs liberis. l. 1. n. 10. & verb. in extremis posuimus. n. 25. de test. n. Sarmiet. lib. 1. seclit. c. 6. n. 10. Peregr. de fideicommiss. n. 28. n. penult. Manuel qq. regul. tom. 2. q. 77. art. 5. & Tapia auct. in prescript. verb. sua. c. 13. n. 37. C. de sacros. Eccles. dicit nec excludi substitutum, non ob fraudis presumptionem, sed eo quod professio in mortis articulo facta sit irrita, & Sfort. Oddo de compensat. substituti. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. n. 14. dicit tunc excludi substitutum, non ex fraudis presumptione, sed quod assumptio habitus in mortis articulo non efficiat assumptorem professum.

59 Ceterum coniectura hæc est omnino reiicienda, quia ad fraudis presumptionem desiderantur indicia omnino perspicua, vt probauimus n. 54. & talis professio non

est perspicuum fraudis indicium, nec enim presumendum est, quemquam adhuc superstitē velle rebus omnibus spoliari, & maximis religionis oneribus subici, vt post mortem suam excludatur substitutum, eo vel maxime quod in eo articulo non sua salutis immemor præferatur. I. fin. C. ad leg. lul. repetund. c. sanimus. l. 9. 7. Præterea, quia tunc in dubio potest fraus presumi, quando actus in articulo mortis gestus, non esset morientis vtilis, atque alteri noceret; & sic intelligitur I. familia mea. ff. solut. matr. cui opposita sententia in iuraturat quando morienti, & monasterio est vtilis, vt contingit in presenti, l. 6. de abest fraude presumptio. Atque ideo ex gestis in hoc articulo non presumi fraudem tenent multi, quos retulimus lib. 7. de matr. disp. 105. n. 8. & post ibi scripta tenet late probas, & alios referes, Ludou. de Casanere conf. 22. n. 7. 8. & 9. vol. 1. & in propriis huius professionis terminis docet Dec. c. in prescripta. in noua edit. n. 209. Ferret. ibi. n. 97. Berouus n. 204. Mant. n. 58. Ant. Gomez. l. 9. Taur. n. 59. Molin. lib. 2. de primog. c. 5. n. 28. & 29. Matic. de conec. vlt. volum. lib. 10. tit. 4. n. 18. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 83. n. 84. Crall. de success. §. fideicommissum. q. 40. n. 6. Spino specul. testam. glof. 15. princip. n. 107. Matheus lib. 3. de legat. c. 21. n. 18. & 19. Nec fraudis huius coniectura est, licet grauatius ille i. agrorum sumat habitū religionis, vt bene docet Mant. eod. tit. 4. n. 20. quod bene ait Menoch. eod. n. 34. maximè verū esse, quado habitus tunc susceptus, & incolatus à morbo euadens profiteretur, quia si qua esset in ea habitus assumptione suspicio fraudis, ea ex sequenti euentu cessaret. Atque idē ego credo, quauis & assumptio habitus, & professio durante manifesto, & certissimo mortis periculo cõtingeret, vt si quis morbo phitico laboras afflueret habitū, & finito probatōnis anno profiteretur, quia rationes allate potius deuotionis ardorem, & propria salutis spiritualis querendæ suadet, quam fœdulentū excludendi substituti animū. Nec etiā verū est contra aliquos DD. n. præced. allegatos, fraudè hæc presumi, quod etate decrepita, & quado de sobole habenda desperatur, fiat, vt bene tradunt Berouus eo c. in prescripta. n. 205. vers. & per prædicta. Menoch. ea presump. 83. n. 84. & 85. Atque omni profus fundamentum caret, dicere professorem in mortis articulo factam esse irritam, vt docuerit aliqui auctores cit. n. præced. quia nullo iure id in iuraturat, nedū probatur. Atque ita omnes DD. hoc n. allegati sentiunt, siquid dicitur per professionem excludi substitutum, nā si professio non tenet, minimè excluderetur, iuxta dicta n. 24.

Secunda coniectura est, si ille grauatius comminatus esset substituto, fore vt in illius odiū, & exclusionē ingrederetur monasterium. Hanc negat Petrus de Bellapert. auct. nisi rogati. q. pen. C. ad Trebel. quod professio religionis tollat omnē maculā, auct. de monach. paulo post princip. Eandē negat Decius c. in prescripta. in noua edit. n. 209. de probat. Quia, inquit, difficultas vitæ religiozæ assumptæ vigentius cogit presumere bonū ingredientis animū, atque eo supposito minas exclusionis substituti irritas esse, quia exclusio ex ipso ingressu sequeretur, non autem quod illa exclusio principaliter induxerit ad ingressum. Ceterum frequentissima sententia coniecturam hanc admittit; & quidē admittenda est, atque ita docent Abb. antiquus c. in prescripta. n. vlt. de probat. & ibi Ioā. And. n. 38. Anton. n. 61. Abbas n. 46. Felin. n. 36. Henric. n. 21. Bellamer. n. 32. & 40. Mahtua n. 58. Menoch. ea presump. 83. n. 83. Paris. n. 120. Ferret. n. 96. Corne. c. auct. nisi rogati. n. 13. & ibi Salycet. n. 5. Alexad. l. si quis posthumus. n. 4. ff. de liber. & posth. Rol. in sum. verb. legare. n. 26. Armill. verb. hereditas. n. 21. Ant. Gomez. l. 9. Taur. n. 58. Molin. lib. 2. de primog. c. 5. n. 29. Matic. de conec. vlt. volum. lib. 10. tit. 4. n. 19. Sfort. Oddo de compensat. substituti. p. 6. q. 2. n. 6. dub. 2. n. 13. Peregr. de fideicommiss. a. 28. n. penult. Tapia eod. c. 13. n. 37. fin. Crall. eod. q. 40. num. 5. Hoc temperat Paris. ibidem, vt intelligatur, quando grauatius ille minas, solutus erat minas exequi, secus si non solutus erat. Sed iure optimo Ferret. eodem num. 96. limitationem hanc reprobatur, quia

Summa Th. Sanchez, pars 111.

consuetudo minas exequendi confert ad dignoscendam meus qualiteram, an ille grauis, aut potius leuis censendus sit, non autem ad iudicandam ex minis suspicionem fraudis. Rursus idem Ferrer. n. 97. limitat, vt hęc coniectura intelligatur, quando minas profiteretur in articulo mortis: tunc enim ex minis, & ferotina professione satis colligitur hęc fraus, secus si tēpore sanitatis profiteretur. Sed nec hęc limitatio placet, quod id discrimen fundamentum destituitur; atque ita DD. reliqui absque ea limitatione coniecturam hanc tradidēre.

61 Vltima coniectura est, si grauatū ille ante professionem alienarit omnia bona sua. Sic Berouius d. c. in presentia. num. 500. Sed, vt optimē ait Menoch. eadem praesumpt. 83. num. 87. hęc coniectura est superuacua, quia in substituti praedictum nequit grauatū ille ea bona in perpetuum alienare. l. 3. §. sed quia. C. comm. de legat. Atque tunc minimē succedit monasterium, non ratione fraudis, sed quia eo succedendi priuilegio solū gaudet, quando bona profelli defertur monasterio, vt diximus num. 45. & duplici sequenti, vbi rem hanc explicuimus.

62 Decimū limitatur, nisi grauatū hic inductus sit ad religionem suauionibus, & blanditijs monachorum, quia tunc monasterium nulla huius profelli bona consequitur. c. consueti. 2. q. 3. ac proinde minimē excluditur substitutus. Quippe ad hanc exclusionem est necessaria successio monasterij in profelli bona, vt probauimus n. 22. Atque ita docent Speculat. tit. de statu monach. in fin. Bald. auct. si qua mulier. num. 1. 3. C. de sacrosanct. Eccles. Port. conf. 124. num. 39. Sfort. Oddo de compendios. substit. p. 6. q. 2. art. 6. d. 1. num. 11. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. vlt. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 83. num. vlt. Gama decif. 316. sine. p. 1. & Flor. de Mena addit. ad Gamam. decif. 319. c. 2. Tapia auct. ingressi. verb. sua. c. 13. num. 40. Sed cum hęc limitatio innitatur soli amissioni illorum bonorum, eo quod ratione illarum suauionum ea monasterium perdat, intelligenda est in eo casu, in quo praedicti suauiones faciunt ea bona amitti, vt dicit Flor. de Mena ibidem; quis autem casus hic sit, declarabimus hoc lib. infra.

63 Vndecimū limitatur, vt intelligatur, quando conditio sic imponitur grauatō, vt si liberis non habuerit, restituitur hereditatem substituto; secus autem si conditio sit, absque liberis decesserit: tunc enim minimē excluditur substitutus, sed monasterio exclusio succedit. Quia latum est discrimen inter vtramque conditionem, quia quod in priori censetur principaliter testator inuitare grauatū, vt nitatur habere filios, & sic, vt non transigat vitam caelibem; quare merito reicitur tanquā turpis, & casitatis aduersa: secus autē in posteriori. Quia non videtur cum apposuisse causā inuitandi contra castitatem simpliciter, sed potius causā prospiciendi successioni in suam hereditatem, si absque filiis grauatū decesserit. Et ideo cautē §. sed & hoc praesent. auct. de sanctiss. Episcop. ponitur hęc conditio priori modo. Sic Alciat. conf. 53. num. 2. lib. 9. sed statim num. 3. dicit, quamquam hoc in se fit verū, se tamen non asurum in practica hoc sequi, nec consulere: quod communiter DD. indiscriminatim loquuntur de conditione vtriusmodi concepta. Sed hęc limitatio est omnino reicienda, & dicendum, conditione vtriusmodi concepta excludi eodem prorsus inodo substitutum. Quod constat primō, quia c. in presentia. de probat. explicatur posteriori modo conditio, ibi praesumpt. 701. si absque liberis decesserit, ad eos bona deuoluuntur. Secundō, quia vtriusmodi concepta inuitat ad nuptias, & sic ad non seruandam castitatem. Tandem, quia non est verū, conditiones has reici, vt n. 12. probauimus. Et ideo hanc partem sustinent Mantica de comest. vlt. lib. 1. tit. 7. m. 13. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 83. num. 70. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. n. 67. atque passim DD. indiscriminatim de vtraque conditione loquuntur, vt ipsemet Alciatus falsus est,

Duodecimū limitatur, nisi grauatū ille religionem ingrediens sit bigamus, si enim bigamus sit, non excluditur substitutus. Sic aliquantulum dubitās sentit Angel. conf. 80. num. 5. Atque id nullo iure probatur, & ideo reiciendum est, vt reicitur Mantica eodem tit. 7. m. 17. & Menoch. ead. praesumpt. 83. n. 63. qui loquitur, quando cū eo dispensatur Pontifex, vt religionē ingrederetur. Sed exultimo ad id nulla dispensatio opus esse: quia si ad ordines promouendus non est, non obstat bigamia. Vt autem bona eius per professionem transferantur in monasterium, & sic extinguatur substitutio, nullibi petitur professum ad ordines promoueri.

Decimotertio, nisi illa liberorū conditio sit in propria personam relata, vt si quis sic testetur; si absque liberis decessero, substituto Titium: quamuis enim testator non relicto liberis ingrediatur religionem, non excluditur substitutus, sed ille exclusio monasterio succedit. Hanc limitationem dicit Felin. c. in presentia. n. 33. de probat. indigere examine, quod nullam discriminis rationem videat, siue conditio in propria, siue in diuersa persona concipiatur. Et si reddatur ratio, quae est, ne impediatur vita contemplatiua, militat aequē in vtroque casu, & ita concludit, potius inherendum huic sententiae ob eam sustentium auctoritatē, quam ob rationem; & Mantua ibi. n. 59. dicit potius facile hoc sustineri disputando, at non esse à communi sententia recedendum.

At praedicta limitatio amplectenda est, quia §. sed & hoc praesent. auct. de sanctiss. Episcop. loquitur, quando conditio liberorum refertur in alteram personam; nec est eadem ratio, quādo refertur in propriam, quod cum quis de seipso loquitur, est tenaciter seruanda conditio. l. 3. §. condit. ff. de adim. legat. ar. eo vel maxime quod hęc dispositio tanquam à iure exorbitans, est restringenda, nec trahenda in consequentiam, vt diximus n. 27. Praeterea, quia si esset vera ratio illius decisionis, ne impediatur vita contemplatiua, constat in hoc casu non impediri, quia ipsemet testator conditionem apponens, potest ad libitum eā reuocare, & instituire monasterium. Et ideo hanc partem tenent Bar. auct. eo. c. in presentia. n. penult. dicens forte ita esse, Barbat. ibidem. n. 7. & retractans; contrarium enim n. 70. dixerat. Et idem tenet conf. 13. n. 3. fin. vol. 1. Alciat. l. 3. de verb. significat. col. antep. Salycet. auctent. nisi rogati. n. 5. C. ad Trebell. l. iniquell. l. si vngquam. verb. susceperit filios. in noua edit. n. 46. C. de reuocand. donat. Euerard. loco 36. a contractibus ad vltimas voluntates. n. 3. in differ. 16. Segura l. si ex legat. causa. n. 99. ff. de verb. obligat. & ibi Peres in addit. n. 193. vbi et alios refert Matth. de Afflic. decisio Neapol. 83. n. 13. & ibi Casar Vesill. in annot. n. 21. Roland. conf. 58. n. 60. & conf. 59. n. 2. vol. 3. Farinac. pract. criminal. tom. 1. tit. de accusat. in 3. edit. q. 13. n. 26. statim in principio. Peregrin. art. 28. n. 68. vbi bene hinc infert, si conuentum sit in emphyteusi, vel feudo, vt decedente eo, maii conceduntur, absque liberis, redeant ad concedentem, monasterium, in quo is, cui concessa sunt, profiteretur, non posse impedire redditum.

69 Hinc deducitur, nec in sententia Iudicis habere locum, vt si sententia Iudicis, aut arbitri decretum sit, Titio absque liberis decedente, hereditatem ad alium deducendam, non consequetur eam monasterium per Titij professionem, sed ad alium deuoluetur: quod probatur ratio adducta num. praecedenti, & quia sententia est iudici iuris. T. Paulus. ff. de re iudicat. Et sic docent Barbat. eo. c. in presentia. n. 71. quamuis contrarium dixerat n. 70. Cas. Vesill. allegatus n. praeced. Causalcan. decif. 1. n. 6. p. 7. si allegat Aretin. conf. 235. Decimoquinto limitatur, vt non habeat locum, quando grauatū habens liberis profiteretur in religione, tunc enim excluditur substitutus, & non succedit monasterium, quia ex quo habet filios, est verificata conditio, nec monasterium habetur loco filij. Sic Rebuff. repet. Raynatus. n. vlt. de testam. P. alcor. de nobis, & spuris. c. 28. in. Causalcan. decif. 1. n. 42. p. 3. Decimosexto limitatur, nisi vno testatore grauatū ingrederetur religionem post testamentum conditum; tunc enim non succedit monasterium, sed substitutus, quia cum tunc testamentum non mutatur, ac profectus substitutus, cui tūc cogitur prestare fidei-

commisum. At in posteriori non ita, quia cum ea conditio ex propria voluntate maneat, in qua praesumitur perseuerare, dum non reuocat. c. maiores, de Bapifm. non ideo retrahetur à religione: & ita docent Abbas, Decius, Faber, Peregrinus, Tapia allegati n. praecedenti.

68 Decimoquarto limitatur, vt intelligatur, si ea conditio apponatur in testamento, aut contractu gratuito, qualis est donatio, vt si quis legauerit, aut donauerit Titio aliquid, sub ea conditione, vt absque liberis decedens, restituitur Seio, si Titius non relicto liberis ingrederetur religionem, succedet monasterium exclusio Seio substituto. Quia de vtroque expressē agit §. sed & hoc praesent. auct. de sanctiss. Episcop. vt optimē considerant Bald. c. in presentia. n. 18. fin. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. n. 67. At si in aliis contractibus onerosis ea conditio apponatur, excluditur vtrique monasterium, vt si duo conueniant de re aliqua adquirenda, si absque liberis decedant; & alter liberis carens profiteretur, succedet in illam rem alter exclusio monasterio. Quia cum hęc dispositio sit exorbitans, & in solis his casibus loquatur, non est ad alios extendenda. Et quamuis regulariter vltima morientium mandata, ac videntur contractus sint eodem iure accipienda, & de altero ad alterum, seu ad similem rem recedē ducatur argumentum: at intelligitur, nisi diuersa sit ratio. Et hic militat diuersa ratio, quod in testamento fauorabilior interpretatio fiat, quā in contractibus onerosis. l. in testam. ff. de regul. iur. At in contractibus verba sunt strictē intelligenda. l. quidquid astringenda. 49. in prin. de verb. obligat. Rursus quia (vt egregie dixit Anton. c. per venerabilem. n. 13. qui filij sint legitimi.) dispositio legis extendit fauorem vltimae voluntatis, eamque supplet, quia testator cogitatione praeventus, nequit tunc ita deliberare. At in actibus inter vivos lex non supplet, nisi in quantum verba partiuntur. Et ideo hanc partem tenent Archar. eo. c. in presentia. n. penult. dicens forte ita esse, Barbat. ibidem. n. 7. & retractans; contrarium enim n. 70. dixerat. Et idem tenet conf. 13. n. 3. fin. vol. 1. Alciat. l. 3. de verb. significat. col. antep. Salycet. auctent. nisi rogati. n. 5. C. ad Trebell. l. iniquell. l. si vngquam. verb. susceperit filios. in noua edit. n. 46. C. de reuocand. donat. Euerard. loco 36. a contractibus ad vltimas voluntates. n. 3. in differ. 16. Segura l. si ex legat. causa. n. 99. ff. de verb. obligat. & ibi Peres in addit. n. 193. vbi et alios refert Matth. de Afflic. decisio Neapol. 83. n. 13. & ibi Casar Vesill. in annot. n. 21. Roland. conf. 58. n. 60. & conf. 59. n. 2. vol. 3. Farinac. pract. criminal. tom. 1. tit. de accusat. in 3. edit. q. 13. n. 26. statim in principio. Peregrin. art. 28. n. 68. vbi bene hinc infert, si conuentum sit in emphyteusi, vel feudo, vt decedente eo, maii conceduntur, absque liberis, redeant ad concedentem, monasterium, in quo is, cui concessa sunt, profiteretur, non posse impedire redditum.

69 Hinc deducitur, nec in sententia Iudicis habere locum, vt si sententia Iudicis, aut arbitri decretum sit, Titio absque liberis decedente, hereditatem ad alium deducendam, non consequetur eam monasterium per Titij professionem, sed ad alium deuoluetur: quod probatur ratio adducta num. praecedenti, & quia sententia est iudici iuris. T. Paulus. ff. de re iudicat. Et sic docent Barbat. eo. c. in presentia. n. 71. quamuis contrarium dixerat n. 70. Cas. Vesill. allegatus n. praeced. Causalcan. decif. 1. n. 6. p. 7. si allegat Aretin. conf. 235. Decimoquinto limitatur, vt non habeat locum, quando grauatū habens liberis profiteretur in religione, tunc enim excluditur substitutus, & non succedit monasterium, quia ex quo habet filios, est verificata conditio, nec monasterium habetur loco filij. Sic Rebuff. repet. Raynatus. n. vlt. de testam. P. alcor. de nobis, & spuris. c. 28. in. Causalcan. decif. 1. n. 42. p. 3. Decimosexto limitatur, nisi vno testatore grauatū ingrederetur religionem post testamentum conditum; tunc enim non succedit monasterium, sed substitutus, quia cum tunc testamentum non mutatur, ac profectus substitutus, cui tūc cogitur prestare fidei-

commisum. At in posteriori non ita, quia cum ea conditio ex propria voluntate maneat, in qua praesumitur perseuerare, dum non reuocat. c. maiores, de Bapifm. non ideo retrahetur à religione: & ita docent Abbas, Decius, Faber, Peregrinus, Tapia allegati n. praecedenti.

fuerit, videtur velle excludere monasterium. Sic Causalcan. decif. 1. numero 45. & 44. p. 3. & probat ex doctrina Baldi, & aliorum, quos ibi refert, & latius in suo tractatu de vltimis mulieris relicto. num. 53. vbi tradunt relinquendam uxorem usufructuarium existentibus filiis, censeri non sola alimenta, sed integrum omnium bonorum vltimofructum deducta filiorum legitima illi relinquere, propter nominationem filiorum, de quibus cogitauerit.

Decimoseptimo limitatur, nisi testator reliquerit legatum aliquid illi grauatō, si monasterium ingressus fuerit, quippe cum tunc meminerit monasterij, & quid particulare reliquerit in casu ingressus, est manifesta coniectura voluisse testatorem non excludi substitutum à reliquis bonis, in quae substitutus est. Atque ita docent Alexander. conf. 121. numero 12. fin. & numero 13. volum. 2. Amylian. conf. 109. numero 15. Menochius de praesumpt. libro 4. praesumpt. 83. numero 50. qui falso pro hac parte allegat Berouium cap. in presentia. num. 493. de probat. Nam Berouius ibi oppositum tueretur, dicens patre viuere saliter instruitur filium, & illi absque liberis decedenti, substituitur tertium, & casu, quo filius profiteretur, relinquendo solam legitimam, excludi penitus substitutum per filij professionem, quia aliās impediretur vita monastica. At verius est, tunc non excludi substitutum ab aliis bonis, praeter legitimam, vt ex DD. allegatis diximus; quia minus verum est, obid impediri vitam monasticam. Nec hęc est eius decisionis ratio, vt vtrunque num. 12. probauimus.

Decimooctauo limitatur, nisi testator instituat filium in sacris iam constitutum, aut professum, & ei decedenti absque liberis substituat tertium. Quia cum testator memor Ecclesiae, & monasterij substituerit tertium, voluit clarē hunc Ecclesiae, & monasterio praefertur. Et quamuis ea conditio appareat turpis, habet tamen duplicem in se imbecillitatem. Prior est explicita, si liberis non habuerit, atque hęc est honesta; nec ad delinquendum inuitat. Posterior est implicita, si liberis habeat, & hęc est turpis, vt pote quae ad delinquendum allicet. Sed cum in solam expressē honestam consequentiam veniat, & quodam modo à contrario sensu, qui sumendus non est, quando inde abutendum quidpiam sequitur. l. 2. C. de condit. instert. ea non est consideranda. Sic allegatis Boëtio, Passio, Berouio, & Aretino, tenet Menochius de praesumpt. praesumpt. 83. numero 54. & 55. contra alios, quos ibi refert.

Decimonono limitatur, nisi testator dixerit, si grauatū decesserit sine liberis, succedat Tertius, & nullus alius, quippe ea verba (nullus alius) excludunt monasterium. Sic allegato modernò Parisiensis tradit Menochius ea praesumpt. 83. numero 46. Sed non video, cur tunc excludatur monasterium, quia non inde arguitur illum fuisse monasterij memorem; vt illud excludere vellet; sed nullum alium omnino extraneum succedere voluit; & ideo hęc limitatio dupliciter.

Vigesimo limitatur, nisi grauatū ille referatur sibi tempore ingressus aliqua bona; tunc enim in his non videtur exclusus substitutus, cum monasterium in ea non succedat; quod ad substituti exclusionem diximus exigi numero 25. Sed dicendum est excludi substitutum, atque in ea succedere monasterium, quod illa referatur expresse professione. Atque ita docent Baldus auctent. nisi rogatus. numero 12. C. ad Trebellian. & ibi Additionator ad Salycetum. verb. loco filij.

Vigesimo primo limitari potest, nisi grauatū ille post professionem ex licentia Pontificis testaretur, institueretque extraneum heredem. Tunc enim non videtur exclusus substitutus: licet cum non excludi

diximus numero 45. quando id testamentum ante professionem fecisset. At dicendum est, substitutum excludi: quia cum ea bona sint a tempore professionis perfectè adquirenta monasterio, & omnino ex tunc sit excludi substitutus, illa substitutio iam cassata nequit reuocare, nec professus potest disponere de bonis iam adquisitis nisi rogari, vt diximus supra. Et ita docent Bald. ea aut. nisi rogati. n. 23. Sfort. Oddo de compendios. substit. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. num. 20. fin.

77 Vigefimosecundò limitatur, nisi testator apponat conditione, si decesserit sine liberis, & illius matrimonij, quia cum monasterium nequeat dici filius illius matrimonij, excludetur, & admittitur substitutus. Sic Iason auhent. si qua mulier. num. 20. Hæc verba solum probant testatorem intellexisse de solis veris filiis, ac monasterium non reputari ex illis filiis; at non probat voluntatem excludendi monasterij; & ideo iuxta sententiam, quam ibi amplexi sumus, dicendum est, in hoc casu non excludi monasterium, quamuis Doctores contrarie sententia, quos numero 49. retulimus, dicebant illud excludi.

78 Quid autem si grauatùs egrediatùr post professionem religionis, & extra illam obeat, translatus legitime ad aliam, aut factus Episcopus habes supra.

79 Tandem superest triplex difficultas. Prima est, an substitutio pupillaris, & vulgaris expiret filio proficiente in religione capaci succedendi? Breuiter dico cum Beroio in presentia. num. 1. de probat. & Tapia auhent. ingressi. verb. sua. c. 13. n. 11. C. de sacrosanct. Ecclie. pupillarem non euancescere professione, quia si professio facta fuit ante pubertatem, fuit irrita, & ideo substitutioni non obstitit: secus verò si facta fuit post pubertatem. Immo hodie iuxta Trident. sess. 25. de regular. c. 15. expletis sexdecim annis, iam a tempore pubertatis, nulla expectata professione expirat substitutio illa. l. in pupillar. ff. de vulg. & pupill. substit. vulgaris autem expirat ea professione, quia in ea includitur conditio, si filius nolit, aut nequeat esse hæres. l. cum proponas. C. de hered. instit. At filius in ea religione professus omnia succedendi iura obtinet, & succedet in hæreditatem monasterium ex ipsius persona.

80 Secunda difficultas est, an quando testator absque aliqua conditione instituit quempiam non descendentem suum, sed fratrem, aut alium consanguineum, aut quemcumque extraneum, substituendo filios, aut alios descendentes illius instituti, si is institutus ingrediatur religionem, excludatur alij substituti, & retineat in perpetuum monasterium ea bona? Matth. de Afflictis decis. Neapolitana 83. num. 13. & 14. ait succedere monasterium. Sed contrarium est verissimum, quia cum in ea institutione, nec expressè, nec tacite claudatur conditio, si absque liberis decesserit, non militat dispositio e. in presentia. de probat. & ff. de hoc presentia. aut. de sanctis. Episc. que loquitur existente huiusmodi conditione. Et ita sustinent Petegr. de fideicommiss. art. 28. num. 69. Craff. de success. §. fideicommissum. q. 40. n. 2. vbi alios allegat, Caualean. decis. 1. n. 46. & 47. p. 3. Molina tom. 1. de iustit. disp. 190. col. penult. & in hoc casu intelligi loquutum Baldum aut. nisi rogati. num. 20. C. ad Trebell. quem sequitur Menoch. de presump. lib. 4. presump. 83. num. 56. At optimè ait Peregrin. ibi, viuentis hoc monacho reuertentum monasterium ea bona; quod consonat iis, que num. 10. diximus.

81 Vltima difficultas est, an quando testator instituit descendentem suum, illum grauat, vt post mortem suam restituit hæreditatem, aut partem illius cumque tertio, nec explicans conditionem, si absque liberis decedat, si hic descendens ingrediatur religionem capaceam, excludatur illi substituti, ac proinde bona illa in perpetuum sint monasterij; & sic idem professus dicendum sit, quando conditio absque liberis exprimitur, & quando ea tacite ex iuris dispositio

tionem inest? Ad huius difficultatis intelligentiam est præmittendum, quosque descendens quibus grauat ab ascendente restituere hæreditatem, in qua potest grauari, aut partem eius post mortem, alicui alteri, inest conditio tacita, si descendens iuxta grauatùs decesserit absque liberis: quoniam, etsi eam conditionem non exprimat testator, censetur iuris interpretatione id ita intelligere. l. cum abul. 101. ff. de condit. & demonstrat. l. cum acutissimi. 30. C. de fideicommiss. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. l. regia 10. Tauri. tit. 4. parte 6. Dubitatur ergo, si descendens sic sub illa conditione tacite intellecta grauatùs restituere hæreditatem ab ascendente, ingrediatur religionem successione capaceam, nulla relicta sobole, an præferatur monasterium illi substituto, illum excludens in perpetuum, perinde ac præferretur illum excludens, si expressa esset conditio, vt absque liberis decedens restituatur substituto? Duplex est sententia. Prior ait monasterium succedere excluso penitus substituto. Dicitur, quia non est maior ratio, cur ea conditione expressa excludatur substitutus, non autem ea tacite intellecta, cum taciti, & expressi sit eadem virtus. Atque ita docent Glossa finalis ea. l. cum acutissimi, & ibi Corne. num. 9. Baldus cap. in presentia. num. 18. de probat. dicens id esse verum, siue fideicommissum sit vniuersale, siue legatum rei certæ. Fortun. l. gallus. §. & quid si tantum. num. 75. ff. de liber. & posthum. & ibi, quamuis dubius, & cogitandum relinquens Lancelot. Galiaul. numero 19. Guillelmus Benedicùs cap. Raynurius. verb. si absque liberis. el. 1. num. 10. de testam. Gregor. Lopez l. 10. verb. de xas. questione 2. initio. tit. 4. parte 6. Anton. Gomez tom. 1. variarum. c. 5. num. 34. Spino specul. testam. glossa 12. princip. numero 127. Padilla d. l. cum acutissimi. num. 43.

Posterior sententia (cui tanquam probabiliori ad herco, licet præcedens sit probabilis) asserit, tunc non excludi substitutum, sed illum post grauari professi mortem successurum in ea bona excludi monasterio. Ducor primò, quia, cum decisis §. fid. & hoc presentia. auhent. de sanctissimis Episcopis, sit exorbitans à iure, & sic restringenda, vt diximus num. 17. non est extendenda extra casum, in quo loquitur, qui est, quando exprimitur conditio sine liberis, eo vel maxime, quod extendendo illam ad hunc casum, concurrat duplex fictio in eodem subiecto, contra l. 1. C. de dot. promiss. Altera, suppleri conditionem sine liberis; altera verò, monasterium succedere loco filij. Secundo, quia quando hæres extraneus nulla addita conditione grauatùs restituere hæreditatem alteri extraneo, non excluditur eius professione ille extraneus substitutus, sed succedet excluso monasterio, vt diximus numero 77. eo quod in eo euentu nulla inest tacita conditio, si absque liberis decesserit. Ergo idem dicendum est, quando ascendens sic grauat descendentem: quamuis enim tunc inest tacita conditio, si descendens ille absque liberis decesserit; at eam præsumit ius ex affectu, quem creditur habere ascendentem ad descendentes, & ex pietate erga eos, vt expressè dicitur text. d. l. cum abul. & d. l. cum acutissimi, & non fauore religionis, que verè non est filius, nec descendens. Et confirmatur, quod non rationi consonum, vt extraneus sic substitutus excludatur monasterium, non autem descendens, cum maior sole esse testatoris ad suum descendentem, quam ad extraneum affectus. Et ex his patet solutio rationis contrarie, quia nimirum non est eadem ratio expressa, & tacite illius conditionis, quod tacitum supplet ius fauore solius prolis. Et ideo in hanc sententiam magis inclinat, quamuis dubius, & relinquens cogitandum Socinus iunior l. gallus. §. & quid si tantum. numero 24. ff. de liber. & posthum. atque eam tenent Colla cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. numero 70. & 71. de testam. in 6. Auendaño iunior l. 40. Tauri. gloss. 4. num. 25. Causal

Caualean. decis. 1. num. 47. parte 3. Molina tom. 1. de iustit. disputatione 190. columna penultima. Benedicùs Egidius l. Titia si non nup. tit. 10. parte 1. num. 54. ff. de condit. & demonstrat.

83 Sed quid si descendenti illi sit expressum absque aliqua conditione pia causa substituta, vt monasterium, aut Xenodochium, & ille obiit relicto filio, an tunc censetur apposita ea tacita conditio, si absque liberis filius decesserit, & proinde causa pia illa excludatur ab illo filio relicto? Barbat. cap. in presentia. à numero 69. vsque ad 81. de probat. rem latissime disputat, & concludit eo numero 81. esse puram veritatem, non excludi causam piã, sed eam præferri nepoti: quia censetur potius testator diligere animam suam, quam nepotem. Item, quia potuit cogitare fore, vt ex filio illo nepotes haberet, & tamen illos non instituit. Eandem sententiam tuerunt alij pauci DD. quos referunt Tiraquellus de priuileg. pia causa. priuileg. 17. num. 1. & Mantica. de consuet. vlt. volum. libro 10. tit. 7. num. 10.

84 At verissima sententia est, intelligi adhuc tacitam illam conditionem in illa pia causa substitutione, si ille descendens absque liberis obierit, ac proinde iis relictis excludi omnino causam piã. Ratio est, quod eo ipso quod descendente illum præterito causæ piæ, visus est etiam filius illius voluisse eandem causam piã præferre. Et ita soluitur ratio contraria. Et ideo hanc partem sustinent Baldus l. cum acutissimi. numero 4. C. de fideicommiss. & ibi Paulus num. 7. Padilla numero 8. Guillelmus Benedicùs cap. Raynurius. verb. si absque liberis. el. 1. numero 25. de testam. Tiraquellus multos alios allegans l. si vngam. verb. libert. in noua editione. numero 80. C. de reuocand. donat. & in hanc ipsam inclinat de priuileg. pia causa. priuileg. 17. numero 1. Pinell. l. 3. numero 26. C. de bonis mater. Gregorius Lopez l. 10. verb. de xas. questione 1. tit. 4. parte 6. Colla cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. num. 17. de testam. in 6. Antonius Gomez tom. 1. variarum. cap. 5. numero 34. & multi alij, quos referunt, & sequuntur Mantica de consuet. vltim. volum. libro 10. tit. 7. à numero 7. vsque ad 10. vbi latissime probat hanc sententiam; & Menochius de presump. libro 4. presump. 89. numero 124. Spino specul. testam. glossa 14. principali. numero 126. Molina tom. 1. de iustitia. disp. 190. col. 12. vers. esto aliquis.

85 Dupliciter temperatur hæc sententia. Priùs, vt intelligatur, quando agitur de maiori bonorum testatoris parte: secus si de re aliqua particulari, non magni valoris. Quippe tunc non intelligitur conditio hæc tacita, ad piã causam exclusionem, ob rei modicitatem. Atque ita allegat Socino iunior, & Deciano, tenent Mantica. numero 10. & Menoch. eodem numero 124. & placet mihi.

86 Posteriùs limitatur, nisi testator exprimeret se piã causam instituere gratiã exonerandæ propriæ, aut alicuius alterius conscientia; tunc enim pia causa præferretur filijs illius descendens grauat. Quia censetur testator pro proprio, aut alienæ conscientia exoneratione alius præferre velle. Sic tradunt Guillelm. Benedicùs Colla numero 18. Menoch. alios allegans numero 12. Molin. vbi eos retuli numero 81. Sed male allegatur Menochio Tiraquellus pro hac sententia, de priuileg. pia causa. priuileg. 68. quia in longè diuerso casu ibi loquitur. Verùm hic limitatio displicet, & iure optimo illam allegatis Socino seniore, & Spetello, reprobat Mantica eodem lib. 10. tit. 7. numero 9. quia, sicut viuo filio testator non curauit suam conscientiam exonerare ob affectionem ad ipsum, ita non intelligitur, relicto ex illo nepotibus, voluisse suam conscientiam exonerare: quippe eadem affectio præsumitur habita erga nepotes.

7 Tandem, an substitutio facta alicui, si absque filiis

decesserit, euancescat, quasi habitis filiis, si relinquat filium professum, siue in ordine capaci, siue incapaci succedendi, diximus supra.

CAPVT XVII.

Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, vt ad eum, & non ad monasterium pertineat, nec possit in illa superior se intromittere, & eo se intromittente perdat legatum, & an aliquid possit à superiore ita monacho concedi, vt superior ipse auferre nequeat?

SVMMARIVM.

Quos quæstiones disputanda sunt n. 1. An legatum relictum monacho ea conditione, vt ad ipsum, & non ad monasterium pertineat, & vt Abbas non possit auferre, valeat? Refertur quadam sententia. numero 2. & 3. Explicatur sententia auctorit. n. 4. Quid si testator exprimat, vt nisi iuris adquiratur monasterio n. 5. Quid si dicat, non aliter, nec alio modo relinquo, nisi vt adquiratur monacho n. 6. An si Prælati non permittat usum illius rei monacho, perdat legatum, & an sufficiat initio consentire, si postea dissentiat n. 7. An possit id legatum expendi à religioso in quoscumque vsus, quando sic disposuit testator, & quid si explicuit vsus profanos n. 8. An idem dicendum sit de donatione sub prædicta conditione? num. 9. An ex illius monachi consensu adquiratur id legatum monasterio, & si testator adiecit penam, vt monasterio se intromittente, perderetur, vel dixerit; lego, donec monasterium permiserit vsum monacho? & an vbi semel voluit, possit retrocedere n. 10. Quid si testator explicet, vt cum legati dominium comparat religioso? Refertur quadam sententia. n. 12. Sententia auctorit. n. 11. Quid si sit donatio sub ea conditione n. 13. Quid si id legatum sit ad alimenta religioso n. 14. An valeat legatum, aut incuratur pena, quando testator addit, vt si monasterium se intromiserit, amittat legatum? Refertur quadam sententia. n. 15. Explicatur sententia auctorit. n. 16. Quid si in hac pena explicaret, vt etiam quoad dominium periret ad religiosum n. 17. Quid si dicat, relinquo hoc religioso, donec superior illi usum permiserit; & an superiore reuocante perdat etiam fructus adquisitos n. 18. Quid si sic relinqueret dominium? n. 19. An tunc possit superior auferre monacho fructus, vsque tunc perceptos n. 20. An sublati solus perceptus amittantur in posterum adquirenda? num. 21. An peccet Prælati consentienti, vt monachus habeat hoc legatum n. 22. An monasterio contradicente perdat legatum, absque Iudicis sententia? & quid de possessore contraueniente conditionibus à testatore admissis cum clausula, vt perdat illud? Refertur quadam sententia. n. 23. Proponitur sententia auctorit. n. 24. An hucusque dicta verum habeant, quando quis referuauit sibi bona ante professionem ea lege, vt sibi cedant, & non monasterio, & amittantur superiore molestante, vel donec superior contradicat? n. 25. An possit quis ante professionem restituere sibi aliqua bona, si forte cum legitime egredi contingeret? n. 26.